

publicari in talibus locis, ubi verisimiliter ad ipsius dom. episcopi et eius officialis notitiam poterit devenire, *ersucht er den Notar einige öffentliche Instrumente darüber zu fertigen.* Acta — praesentibus discretis Nicolao Cziseler et Urbano Pistoris in Budissin commorantibus etc.

Signum Joh. Mockeren de Turgaw clericus Misnensis dioc. publicus imper. auctoritate notarii. notarius etc.

Auf der Rückseite bemerkt derselbe Notar, dass im J. 1429 am 7. Juni in den Nachmittagsstunden vor ihm und den dazu berufenen Zeugen Nicolaus Sefelt clericus Misn. dioc. substitutus procurator Petri Sartoris de Kirchain eiusdem Misn. d. veri et legitimi procuratoris honorab. viri dom. Stephani plebani in Kirchain erschienen sei mit der Meldung, quod valvis sive portis ecclesiae colleg. s. Petri in Budissin — instrumentum appellationis retrospectum affixit animo intimandi dom. Johanni episcopo Misn., quem ut dixit pars sua personaliter accedere non auderet in suo castro principali Stolpen — et ipsum instrumentum affixum aliquamdiu pendere dimisit, videlicet sub vespris decantandis usque ad completorium, cuius primo psalmo finito ipsum instrumentum deinde amovit et eius copiam auscultatam perinde dimisit affixam. Protestatus etiam fuit, quod apostolos ab ipso dom. episcopo libenter postulare et recipere vellet, si pars sua aut ipse procurator eius corporalem praesentiam in loco securo habere posset —. Acta sunt haec — praesentibus discr. viris dom. Nicolai Zaßler vic. perp. eccl. Budiss., Thoma Wysenburg et Paulo Clux clericis Misn. dioc. etc.

Signum Et ego Joh. Mockeren de Torgaw clericus Misn. dioc. publ. imper. auct. notarii. notarius etc.

Orig. im Provinzialarchiv zu Magdeburg.

No. 929. 1429. 19. Nov. u. 19. Dec.

Vorladungsschrift des Erzbischofs Günther zu Magdeburg an den B. Johann zu Meissen.

Guntherus dei et apost. sedis gratia sanctae Magdeburgensis ecclesiae archiepiscopus Germaniae primas universis abbatibus prioribus praepositis decanis archidiaconis canonicis tam cathedralium quam collegiatarum parochialiumque ecclesiarum rectoribus capellanis presbyteris clericis tabellionibus et notariis publicis quibuscunque per civitatem et diocesim ac totam nostram provinciam Magdeburgensem et praesertim per diocesim Misnensem constitutis sinceram in domino caritatem et mandatis nostris firmiter obedire. Quamquam pridem reverendum — Johannem episcopum ecclesiae Misnensis nobis et ecclesiae nostrae Magdeb. praedictae iure metropolitico subiectum, qui suis praetensis monitoriis et mandatis contra honorabilem dominum Stephanum plebanum paroch. ecclesiae in Kirchain dictae Misn. dioc. emissis et fulminatis nonnullorum processuum per honorab. dominum Theodericum Rosentreder officialem nostrum generalem secundum cuiusdam causae appellationem per dictum dominum Stephanum ad consistorium nostrum deductae exigentiam decretorum impedire nitebatur, prout revere impedivit, ex debito nostri officii per nostras certi tenoris literas monitorias monuimus et requisivimus ac moneri et requiri fecimus sub certis poenis et sententiis, videlicet interdicti ab ingressu ecclesiae ac suspensionis ex divinis in eisdem contentis per debita temporum intervalla contra eundem dominum Johannem episcopum fulminatis, ut in certis terminis eidem similiter per nos successive praefixis huiusmodi praetensa monitoria ut praefertur contra dominum Stephanum